



В О С Р  
Т О С Р  
И А С Д Е М И Г И Б С И Е М Г И  
Е Т С О М И Г И М И Б Е Р Б Е Л П С И М



Faint, mostly illegible text in a historical script, possibly Church Slavonic, covering the majority of the page. The text is arranged in several columns and appears to be a formal document or a page from a liturgical book.





# R E C T O R ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.



Vod in proverbio Græco circumfertur: Τέκτων ὦν ξυλουργικά πράττει, i. e. reddente Venusino, tractent fabrilia fabri, nostri etiam in castris Musarum militantes sibi dictum putare deberent. Eum certè in finem à Parentibus Musis consecrantur, in scholas triviales & Academias mittuntur, magnisq; sumtibus interdum ibidem aluntur, ut Viri docti, vel Ecclesiæ, vel scholis, vel Reipublicæ, vel aliàs vitæ communi emolumento futuri evadant, nec non integritate vitæ ac morum honestate reliquis ordinibus præluceant. Verùm quomodo non pauci pestilenti afflati sidere scopum hunc intervertant & intransversum abrepti spes suorum decollare faciant, dies [proh dolor!] loquitur, & ex hoc loco toties ingeminatæ querelæ fatis testantur. Ingens iterum, si liberet ἵππον εἰς πεδίον immittere, Nobis aperiretur campus, sed, ut ex ubere messe spicas duntaxat aliquas iterum colligamus, ecquis sicco oculus deploratam ferè Novitiorum quorundam petulantiam intueretur? Videres inter hos ipsos seniores ἀλοφυνῆς exagitare juniores, ludibrio & ostentui eosdem habere: videres sub Patroni titulo, qui commilitonem vix menstruo spacio suo in Academiam ingressu antevertit, an interim in rusticorum gurgustiolis inter Corydonum & vervecum greges ipse tantillum temporis exegerit, insuper habens, argento emungere: videres, qui studiis suis in Academiis vacare deberent, annum tyrociniæ Academici [bellè sanè] posituri extra urbem excursionem instituere, pagos vicinos, oppida, quin & Magnatum sedes veluti bubones ferales infestare, turbas ibidem dare, incolis & accolis partim scandalo, partim intertrimento, partim abominationi esse, qui nomine Academicorum salentur indignissimi. Ut verò magis adhuc frontem perfricare, pudorem & honestatem omnem abjicere possint, sub levi & scurrili vestitu, quo literatorum ordini dehonestamento, sibimetipsis autem nocumento sunt Patronorum favorem & spem promotionis turpiter decoquentes, quidvis sibi licere falsò persvadent. Videres eosdem pileis scissis ac perforatis, curtis & depexis palliolis, veriùs laciniis, in scapulas injectis, aut brachii curvaturæ implicatis, & crepidatos quidem interdum veluti mendicabula vilissima, lixas & calones diobolares non sine nostri ordinis vilipendio incedere: videres, complicatis ex parte pileorum marginibus, ligaturis versicoloribus, ut & lacernarum diverso positu, veluti quibusdam tesseris, licentiæ, quam sibimetipsis faciunt, gradus non sine detestatione ac nausea bonorum distingui. Quam ob causam *Serenissimus ac Potentissimus Elector Saxonia, DN. JOHANNES GEORGIUS II. Ipsiusq; Serenitatis Fratres Celsissimi DN. AUGUSTUS, DN. CHRISTIANUS & DN. MAURITIUS, Saxon. Duces Illustrissimi, Nutritij ac Patroni hujus Academia subjectione debità colendi* extremam hanc petulantiam & inquinatos Studiosorum mores averlati sub animadversionis severæ comminatione in *decreto visitationis* novissimæ sibiutam huic malo positam enixè volunt. Mos etiam perversus hæctenus irrepsit, ut nostri stationibus Musis, absq; personarum respectu, talos etiam interdum, quorum gratiâ sumtibus & laboribus supersedere potuissent, exceperint, Musis furias intermiscuerint, facibus magno numero, vel ducentis, vel trecentis accensis, Musicam potius interturbaverint, quàm promoverint, postmodum non sine incendii periculo easdem per plateas & obvia quæq; loca disjecerint, quin & Eumenides, sed κατ' ἀντιφροσύνην dictas, imitantes super tectorum culmina, ejaculati fuerint. Quod ipsum cum ordinem nostrum apud alios exosum reddat, & reapse animadversionem exemplarem mereatur, quin pœnas de legi rupis ejusmodi pervicacibus sumamus, facere non possumus. Offertur hîc Nobis infortunii sui faber

*JOHANNES HEINRICUS ZIMMERMAN Jenensis,*

qui, cum in Academia nostra, cui juramento solenni adstrictus erat, τὰ ἴδια πράττειν, libris suis & prælectionibus Dn. Professorum affixus Musis litare debuisset, ut sicco socco transiliamus alia, nundinas proximas Numburgenses scurrili & ferali prorsus habitu equitans in arundine longa, & loca publica tam sacra, quàm profana suis ineptiis conspurcans infestavit, omniq; abjectâ DEI & hominum reverentiâ, maximis minimis offendiculo fuit. Verùm, ne impune hoc feceris, Te

*JOHANNES HEINRICH ZIMMERMANNE,*

ad biennium hinc relegamus, ut ante solis abortum portâ excedas, non illaturus ante præfinitum tempus in hæc Musarum sacra pedem, nisi ab universitate nostra ut membrum putridum exclusione rescindi velis, his ipsis præcipientes. Reliquis, ut à supra commemoratis delictis enormibus abstineant, alios mores induant, vestes & animum mutent, imprimis excursionem in alia loca, nisi necessitas postulat, intermittant, quin potius oculis irritis scopum præfixum intuentes in Academia studiis suis gnaviter incumbant, non inter vappas & quisquillas hominum tyrociniæ Academici tempus ceterant, edicimus. Futurum enim certo certius, ut pœnas exemplares nobis dent, quorum nomen ad Nos desuper fuerit delatum: ne dicamus, quod Academicorum nomine semet indignos apud alios faciant, qui talia patrant. Eos etiam, qui Musicâ nocturnâ, quæ facibus accensis adornata sit, viros honoratos deinceps excipere volunt, ne absq; Rectoris præcitu id faciant, his ipsis sub comminatione pœnæ ex novo concluso Consilii perpetui jubemus.

P. P. V. Id. Sept. anno æræ Christianæ M DC LX.




Въспомогательный текст в начале документа, содержащий, вероятно, дату или номер документа.

СОДЕРЖАНИЕ НЕИЗВЕСТНО

Основное содержание документа, представляющее собой текст, который из-за сильного блеска и низкого контраста практически нечитаем. Видно лишь разрозненные слова и фрагменты предложений.









# R E C T O R ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.



Vod in proverbio Græco circumfertur: Τέκτων ὦν ζυλαργικά πράττει, i. e. reddente Venusino, tractent  
fabrilia fabri, nostri etiam in castris Musarum militantes sibi dictum putare deberent. Eum certè in



transversum ab  
relæ satis testan  
spicas duntaxat  
tueretur? Vide  
Patroni titulo, c

gurgustiolis inter Corydonum & vervecum greges ipse tantum tempore  
videres, qui studiis suis in Academiis vacare deberent, annum tyrociniæ Academici [bellè sanè] posituri extra urbem ex-  
cursiones instituere, pagos vicinos, oppida, quin & Magnatum sedes veluti bubones ferales infestare, turbas ibidem dare,  
incolis & accolis partim scandalo, partim intertrimento, partim abominationi esse, qui nomine Academicorum saluten-  
tur indignissimi. Ut verò magis adhuc frontem perfricare, pudorem & honestatem omnem abjicere possint, sub levi &  
scurrili vestitu, quo literatorum ordini dehonestamento, sibimetipsis autem nocumento sunt Patronorum favorem &  
spem promotionis turpiter decoquentes, quidvis sibi licere falsò persvadent. Videres eosdem pileis scissis ac perforatis,  
curtis & depexis palliolis, veriùs laciniis, in scapulas injectis, aut brachii curvaturæ implicatis, & crepidatos quidem inter-  
diu veluti mendicabula vilissima, lixas & calones diobolares non sine nostri ordinis vilipendio incedere: videres, com-  
plicatis ex parte pileorum marginibus, ligaturis versicoloribus, ut & lacernarum diverso positu, veluti quibusdam tesseris,  
licentiæ, quam sibimetipsis faciunt, gradus non sine detestatione ac nausea bonorum distingui. Quam ob causam  
*Serenissimus ac Potentissimus Elector Saxonia, DN. JOHANNES GEORGIUS II. Ipsiusq; Serenitatis Fratres Celsissimi DN. Au-  
gustus, DN. CHRISTIANUS & DN. MAURITIUS, Saxon. Duces Illustrissimi, Nutritij ac Patroni hujus Academia sub-  
jectione debitâ colendi* extremam hanc petulantiam & inquinatos Studiosorum mores averfati sub animadversionis severæ  
comminatione in *decreto visitationis* novissimæ sibiulam huic malo positam enixè volunt. Mos etiam perversus hæcenus  
irrepsit, ut nostri stationibus Musicis, absq; personarum respectu, talos etiam interdum, quorum gratiâ sumtibus & labo-  
ribus supersedere potuissent, exceperint, Musis furias intermiscuerint, facibus magno numero, vel ducentis, vel trecentis  
accensis, Musicam potius interturbaverint, quàm promoverint, postmodum non sine incendii periculo easdem per  
plateas & obvia quæq; loca disjecerint, quin & Eumenides, sed κατ' ἀντιφροσύνην dictas, imitantes super tectorum culmina  
ejaculati fuerint. Quod ipsum cum ordinem nostrum apud alios exosum reddat, & reapse animadversionem exemplarem  
mereatur, quin pœnas de legi rupis ejusmodi pervicacibus sumamus, facere non possumus. Offertur hîc Nobis infortu-  
nii sui faber

**JOHANNES HEINRICUS ZIMMERMAN Jenensis,**

qui, cum in Academia nostra, cui juramento solenni adstrictus erat, τὰ ἴδια πράττειν, libris suis & prælectionibus Dn. Profes-  
sorum affixus Musis litare debuisset, ut sicco socco transiliamus alia, nundinas proximas Numburgenses scurrili & ferali  
prorsus habitu eqvitan in arundine longa, & loca publica tam sacra, quàm profana suis ineptiis conspurcans infestavit,  
omniq; abjectâ DEI & hominum reverentiâ, maximis minimis offendiculo fuit. Verùm, ne impune hoc feceris, Te

**JOHANNES HEINRICE ZIMMERMANNE,**

ad biennium hinc relegamus, ut ante solis abortum portâ excedas, non illaturus ante præfinitum tempus in hæc Musarum sacraria pedem, nisi ab uni-  
versitate nostra ut membrum putridum exclusione rescindi velis, his ipsis præcipientes. Reliquis, ut à supra commemoratis delictis enormibus ab-  
stineant, alios mores induant, vestes & animum mutent, inprimis excursiones in alia loca, nisi necessitas postulat, intermittant, quin potius oculis irre-  
tortis scopum præfixum intuentes in Academia studiis suis gnaviter incumbant, non inter vappas & quisquillas hominum tyrociniæ Academici tempus cõ-  
terant, edicimus. Futurum enim certo certius, ut pœnas exemplares nobis dent, quorum nomen ad Nos desuper fuerit delatum: ne dicamus, quod  
Academicorum nomine semet indignos apud alios faciant, qui talia patrant. Eos etiam, qui Musicâ nocturnâ, quæ facibus accensis adornata fit,  
viros honoratos deinceps excipere volunt, ne absq; Rectoris præscitu id faciant, his ipsis sub comminatione pœnæ ex novo concluso Consilii perpe-  
tui jubemus. P. P. V. Id. Sept. anno æræ Christianæ M DC LX.